(9/3/1648) 53 (53)

27. 8bris

Replicationis D. Co. Ludovici Vicecomitis Borromei ponens post assessoris exceptiones Cons. Cois et Rom. loci Gorlae Maioris plebis Olgiati Olonae Duc. mhi die 9. Xbris 1648 in tertijs coram Ill. Mag. Reg. Duc. Redd. ord. stat. mhi

Co. ipso Co. Pd. quoque praesente salvo acceptans assessoris exceptiones in parte et partibus in alijs vero impugnante, imo dicens de illius nullitate et subordinatione iniquitate, eisque non attentis, uti in iure et in facto non militantibus fuisse et esse ad ulteriora procedendum iuxta deducta per ipsum Co. quae enim deducuntur in ordine ad generalia penitus evanescunt cum contraria generali replicatione sublata remanent ipseque replicans sit talis ut veniat audiendus cum ad Iud. fuerit provocatus, potius enim contra ipsam comitatem replicari potest eam sine actione venire ad opponendum cum in ea non possit considerari, nec contractus, nec quasi, nec delictum, nec quasi ob quae possit obiicere contra replicantem, esto quod ex proprio contractu et rebus exinde indicatis ad solutionem annuae Pd. sive census nuncupatae et contra eam iure opponi possit tra non interest Pd. salvo et sine eorum praeiudicio ita ut super eis conveniat antequam ad ulterius procedatur et non obstante subordinatione tamquam ... ipsa pretensio assessoris devolutionis fundata est in assessoris proclamatione notificandum census, illud stricte intelligi debet, nec de eo debet fieri extensio, quae in odiosis non admittitur adeo ut cum inspectis

Datum copia die 9. 8bris

Jura replicans in actis dimissis inspecto proclamate indicente pretensam notificationem res in tuto est favore Co. replicans dicant quod velint adversarii, sive census, sive annua praestatio nunquam est quia proclamata intelligi et debent iuxta verum sensum hac est moderandi quoad eorum censum per quibus maiora solvebantur ultra quinque per cent.; de qua hic non agitur, et sic quid differens et separatum a mente principis a quo edictum processit

Vanum et est secundum suppositum, ad quod secundo loco pars adversa recurrit dum pretendit ex altero proclamate diei 9. febrij anni 1640. indicens ut feud. et haberi et possidentes iura feud. quoque tit. tenerent. ter. men. ea propallare quod cum non fecerit replicans saltem ex hoc 2.o cap. Jus sit acquisitum Reg. fisco, nam adhuc replicat Co. comitatem adversariam in tenebris ambulare, nec bene ponderaverit illud proclama, quod casui nostro non applicatur. Indixit enim Princeps propalationem fieri de iis feudis et regalibus ab eo seu aliis antecessoribus datis et concessis ut praeceso loq. ipsum proclama non autem iussit propalationem fieri de rebus privatis ut hic his igitur petens adversarii repulsam dari et iuxta petita fieri cum expensis victoria de quibus salvetur

(9.12.1648) 55

Gorlę Maioris 55. 12. 8bris

Contrareplicatio Consulis comitis et hominum loci Gorlę maioris replicationi N. Com. Ludovici Vicecomitis Borromei factę exceptionibus eiusdem comitatis die 9 decembris 1648 in tertijs coram Mu.mo Magistratu Reg. Mu. Redd. Ord. Ung. Mtui

Prędi. Praesentibus d. consule, comite et hominibus semper salvisque acceptantibus avertam replicationem in parte et partibus favorabilibus, si quae sunt etiam in vim iudicialis, et irrevocabilis confessionis, in praeiudicialibus vero non consentientibus, sed dicentibus de nullitate, et iniquitate d. replicationis ac omniusque cum facta sit loco, et tempore incongruis, et non servatis de iure servandis, praemissisque omnibus exceptionibus tam nullitatis, quam aliter quae hicque adhuc dicentibus opposita, et deducta in d. replicatione ad rem non facere, nec obesse, quin praetensus annuus census a d. N. Com. Ludovico versus d. comitatum et homines ad Regiam cameram ipso iure devolutus sit et pleno iure devolvi debeat ad formam proclamatum in actis exhibitorum et effecta aliter divisorum iuxta excitata per Reg. Fiscum, tum quia non constat de origine d. annui census, unde praecise procedit dispositio d. proclamatum ut s. a contrareplicantibus producitur, cum intentio potentissimi et Pijssimi Regis nostri fuerit et sit, Chalita prius cognitione de validitate et iustitia censuum super comitatibus impositorum illos annullare, et delere, atque destruere, qui iniuste constituti reperientur, et qui iuridicam originem non haberent ad excessus communitatum et subditorum, quorum unus est census praetensus a d. N. Com. Ludovico cum de origine vel aliqua iuridica eiusdem constitutione non constet, et haec vere fuit causa propter quam non fuit notificatus et debito tempore propallatus; unde ambigendum non est, quin ea communi cecidit, et hoc maxime interest hominum d. comitatis Gorlę maioris, tum quia tertium ad formam proclamatis

datum Vigiae die 12. 9bris

superluerunt, tum etiam quia in extinctione habebitur
a Regio fisco ratio quae de iure cum non constet de ori-
gine: Nec obstare potest quod in odiosis non debeat
fieri extensio, quia hic non est cur fiat extensio agitur
enim de censu non notificato, ideo locus esse debet
dispositioni proclamatis absque aliqua extensione: quod
vero non sit verus census sed annua praestatio, id non
obstat D. Comitati, cum intentio S. C. M. et supremorum Tribuna-
lium cum sit non solum moderandi census circa excessum
magis et minus quo ad annuam praestationem, sed etiam
illos delendi, qui iuridico, et veridico fundamento
non nituntur, prout est census de quo disputatur
de cuius origine non constat ut supra dictum est
Nec vanum dici potest, ut ex adverso asseritur fundamentum
contrareplicantium, si dicatur D. census non esse talem sed
annuam praestationem feudalem, et ex hoc capite ob non
factam notificationem Commissum censeri ius illam exigendi
Nam ab adversante fit ut per modo eiusdem quando aequam
super mercato expositam emptoribus habent, si iuvat
eis dicere esse praegnantem talem esse asserunt, si non
nequaquam praegnantem esse dicunt; cum ante pu-
blicationem proclamatis notificationem censuum
semper se esse creditorem annui census versus comita-
tem Eurae maioris asserverit, postea dixerit non esse
census sed annuam praestationem feudalem et cum vide-
ret etiam ex hoc capite ob non factam notificationem in
commissum cecidisse divisso verbo census, et annuae
praestationis feudalis dixit solum annuam praestationem:
ex quibus cum in facto iuxta D. proclamatum dispositionem
constet de bono iure contrareplicantium, et de non iure
D. N. Com. Ludovici, quod etiam censuum ex variatione

eiusdem N. Comitis Ludovici et hinc temporibus impos-
sibile sit infelices comitatus sustinere onera vera, et reali-
ter non ficta, et falsa, petunt contrareplicantes non obstan-
tibus quibusque ex adverso deductis, et oppositis tanquam
in iure, nec in facto militantibus fieri, et ordinari iuxta
eos in actis petitae aliter protestantes etiam pro ut latius
salvos